

sis Praepositi narratio Henrici Leonis cum notis Meibomianis; b) HROSIVITHAE monialis carmen de Ottone M. cum notis eiusdem; c) *Henrici ROSLAE* Herlingsberga, poematum de bello inter Henricum Mirabilem & Saxoniae Principes ob arcem Herlingsbergam anno 1287. cum notis eiusdem, (extat etiam Luneburg. 1652. 4t.) d) *Friderici LANGEN* Saxonia; e) *Andreae HOPPENRODII* Annales Gernrodenses; f) *Iob. de POLDA* Ecclesia Hamelensis; g) *Vindiciae Billinganae*; h) de *Bardeuico*; i) de pagis Saxoniae; k) apologia Ottonis IV. l) de *Friderico*, Duce Brunsvicensi, Imperatore; m) *Chronicon Riddageshusanum* Tomis III. *Helmstadii* 1688. f.

*Admodum miror, volumina haec rerum Germanicarum non plures emtores habere. Continent enim scriptores, quibus carere nemo potest iurium ac consuetudinum Germanicarum studiosus.*

XV. *Saxonis GRAMMATICI* Historia Danicae gentis cum notis *Stephanii*. *Rostochii* 1655.

*Fabulis involuit res antiquas Saxonum auctor, sed eruditae animaduersiones eum emendant.*

XVI. *Alberti KRANZII* Historia Saxoniae. *Frankof.* 1621. fol. *Eiusdem Metropolis. Frankof.* 1590. fol.

*Hoc scriptore carere non possumus in rebus Ducum Brunsvicensium: quamvis in hos saepius iniurius sit, & partium studio peccet.*

XVII. *Sigmund de BIRKEN* *Guelfischer Lorbeer*, *Hann, dem Hause Braunschweig und Lüneburg gewidmet.* *Norimb.* 1666. 12.

*Auctor vulgares & tritas vias sequitur. Quo elogio eum etiam in Saxonia dimisimus.*

XVIII. *Iacobi BLATGERSTEN* *Stammbaum der Herzoge von Braunschweig*, in 12.

*Vix memorari meretur. Ab Ariouisto ad nostrae aetatis duces stemma ex ingenio fingit. Libellus aliquot tantum pagellarum.*

XIX. *Iob. LEZNERI* *Einbeckische und Dasselische Chronica.* *Erfurtbi* 1596. fol.

*Liber non ubique obuius, sed ad nostrorum Principum historiam apprime faciens. Plus tamen laboris, quam salis inesse solet Leznerianis operibus.*

XX.

